



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Capvt II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

CHRONICON

BREVISSIMUM DE SANCTIS BELGII.



Erūm ea quæ temporū confusione latius digesta sunt, per tēporum successionē breuiter recapitulare placuit, ut ex compendiosa subsequentiū lectione, Belgārum ecclesiasticus status agnoscī possit, potissimum quo ad initia & incrementa.

C A P V T I.

Tungri igitur, inter Belgarum populos primi, usque ad Treuirorum fines habitarunt. *Tungri.*
Quare mirum non est, si decem sancti episcopi Treuirenses, recenseantur usque ad Seruatium, etiam Tungrenses episcopi, hoc videlicet ordine, Maternus, discipulus sancti Petri, Nauitus, Marcellus, Metropolis, Seuerinus, Florentius, Martinus, Maximinus, & Valētinus. Qualis autem sub his episcopis fuerit Tungrorum in fide Catholica status, ad nos non peruenit.

Sanctus Martinus inter hos specialiter celebra- *Hasbanus.*
tur Hasbanorum Apostolus, cuius obitus ponitur anno ducentesimo septuagesimo sexto.

C A P V T I I.

Dioclletianus imperator est appellatus anno ducētesimo octuagesimo quarto; imperauit annis viginti, & collegam imperij assumpſit Maximianum, anno ducētesimo octuagesimo sexto. Sub horū grauissima in Christianos persecutione, nonnulli

CHRONICON

nonnulli è Roma, ob fidei prædicationem, Gallias adiérunt, vt Quintinus, Crispinus, Crispinianus, Lucianus, Fuscianus, Victoricus, Regulus, Piatus, Chrysolius, & alij. Ex his Fuscianus & Victoricus Christum prædicauerunt Ambianis & Morinis, postmodum Ambianis glorioſo martyrio coronati, vt plerique alij alij in locis, per Rictiorum Galliarum præfidem.

Morini.

Tornacenses.

Piatus vero & Chrysolius Tornacum Christi nomen atque Euangelium attulerunt, idemque martyrio obsignarunt, Piatus sepultus Siclinij apud Tornacum: Chrysolius, Cominij ad Lisam.

C A P V T I I I .

Constantinus imperator appellatur anno trecentesimo sexto, imperat annis triginta & vno. Sub hoc imperatore, cessante persecutio- ne paganorum, vniqa Arij Alexandrini scintilla, orbem Christianum populata est. Quam pesti- lentissimam & diuturnam hæresim, innumera mala concomitabantur.

Floruit post mortem Constantini sanctissimus Seruarius, primus Tungrorum proprius episco- pus, qui contra Euphratem pseudoepiscopum Arianum, sententiam protulit in Concilio Agrip- pino: quique Arimini non cessit minis & terri- culis Arianorum, sed contra eos fidei professio- nes edidit.

I. Belgarii
vastatio
per Vuan-
dalos &
Hunnos.

Idem vir sanctissimus, cum rumor esset Vuan-
dalos & Hunnos in Gallias velle prorumpere, ie-
unijs & vigilijs vacans, & crebro lachrymarum
imbre perfusus, Dominū precabatur, ne vñquam
gentem